

Testo : Lelio ricorda la sua amicizia con Scipione (Cicerone, *De amicitia*, 102-104)

1 Sed quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt, semper aliqui anquirendi sunt,  
2 quos diligamus et a quibus diligamur; caritate enim benevolentiaque sublata omnis  
3 est e vita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus,  
4 vivit tamen semperque vivet; virtutem enim amavi illius viri, quae extincta non est;  
5 nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam  
6 posteris erit clara et insignis. Nemo umquam animo aut spe maiora suscipiet, qui  
7 sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Equidem ex  
8 omnibus rebus, quas mihi aut fortuna aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum  
9 amicitia Scipionis possim comparare. In hac mihi de re publica consensus, in hac  
10 rerum privatarum consilium, in eadem requies plena oblectationis fuit. Numquam  
11 illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim, nihil audivi ex eo ipse,  
12 quod nollem; una domus erat, idem victus, isque communis, neque solum militia,  
13 sed etiam peregrinationes rusticationesque communes. Nam quid ego de studiis  
14 dicam cognoscendi semper aliquid atque discendi? In quibus remoti ab oculis  
15 populi omne otiosum tempus contrivimus. Quarum rerum recordatio et memoria si  
16 una cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi atque amantissimi viri ferre  
17 nullo modo possem. Sed nec illa extincta sunt alunturque potius et augentur  
18 cogitatione et memoria mea.

**ANALISI**

**Rispondi ai seguenti quesiti, poi traduci il testo**

1) *anquirendi* (r. 1): di quale forma verbale si tratta? Con quale funzione e in quale costrutto tipico del latino è qui usata?

.....  
.....  
.....

2) *sublata* (r. 3): questa parola compare due volte nello stesso rigo: con la stessa funzione e allo stesso caso?

.....  
.....  
.....

3) *subito* (r. 4) : qual è il significato di questo avverbio? Quale parola italiana da esso derivata ne mantiene il significato originario?

.....  
.....  
.....

4) *soli* (r. 5): di quale caso si tratta? Qual è il suo nominativo?

.....  
.....  
.....

5) *eadem requies* (r. 10): le due parole sono concordate tra loro o no? Qual è la funzione logico-sintattica di ciascuna di esse?

.....  
.....  
.....

6) *ne* (r. 11): con quale parola va unito?

.....  
.....  
.....

7) *dicam* (r.14): riconosci tempo e modo della forma verbale, e spiega in che frase è inserita

.....  
.....  
.....

8) *cognoscendi* (r. 14): di quale forma verbale si tratta? Quale funzione svolge?

.....  
.....  
.....

9) *quarum rerum* (r. 15): in che funzione è usato qui il pronome relativo?

.....  
.....  
.....

10) *occidisset / possem* (r. 16-17): spiega l'uso del congiuntivo in questo periodo

.....  
.....  
.....

COMPRENSIONE - TRADURRE IL TESTO